



ΣΤΗΝ ΤΩΙ ΘΕΩΙ

Ἄνθ' ἀγομίας καὶ παθῶν

**T H E S E S**  
**PHILOSOPHICO-MATHEMATICÆ**  
**I. De Philosophiæ naturâ.**

**S**I in Philosophiâ theoretica datur praxis, & in Philosophiâ practicâ theoria, divisio Philosophiæ in theoreticam & practicam non est accurata.

2. Stoica Philosophiæ distinctio in naturalem, moralem & notionalem totam quidem Philosophiam non exhaurit, non tamen penitus est improbanda.
3. Cùm Mathesis non aliter quàm vel Physica vel Metaphysica abstrahat à materia, trichotomia disciplinarum theoreticarum per abstractionis diversitatem constituta infirmò stabit talò.
4. Philosophia moralis, Ethica nempe & Politica cum Oeconomica, pro unâ eademque haberi possunt disciplinâ.
5. Si Mathesis Philosophiæ partem facit, Philosophia titulum Scientiæ rerum divinarum & humanarum ubique tuebitur:
6. Sin Mathesis omnis contradistinguenda sit Philosophiæ, Philosophia saltem erit cognitio qualitatum, sicut Mathesis est scientia quantitatum, illaque priorem, hæc posteriorem Encyclopædiæ partem faciet.
7. Grammatica, Rhetorica, Logica sunt Philosophiæ partes.
8. A Philosophiâ perfectâ non magis excludi possunt Artium Mechanicarum demonstrationes & principia, quàm à Medicinâ Chirurgicarum operationum scientia.
9. Sine Philosophiâ nemo in aliis facultatibus feliciter progreditur.

10. Cùm